

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum sexaginta
nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

REVERENDISSIMIS IN CHRISTO PATRIBVS ET DOMINIS MEIS PRESTANTISSIMIS
STEPHANO ET FRANCISCO PONCHERIIS SENONENSIS ET PARISIENSIS ECCLESIE.
PRESVLIBVS CIRCVMSPECTISSIMIS IACOBVS MERLINVS DOCTOR ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

REVERENDISSIMIS IN
 CHRISTO PATRIBVS ET DOMINIS MEIS PRESTAN-
 TISSIMIS STEPHANO ET FRANCISCO PONCHERIIS
 SENONENSIS, ET PARISIENSIS ECCLESIE PRESVL-
 BVS CIRCVMSPECTISSIMIS IACOBVS MERLINVS
 DOCTOR THEOLOGVS. S. P. D.



AVLTA OLIM MONSTRATA IN ORBE GENE-
 rata veteres auctores commemorarunt, ut illos homines quos probitas ad opti-
 mos virtutis titulos prouehere non poterat, cum eos ab humana conditione de-
 iectos sentirent, ac infra meritum hominis detrusos multis consignarent vitiis
 iam transformatos. Hinc in Esaia centauros, syrenas, vlulas, & onactatulos legi-
 mus. In iob Leuiathā, Behemot, Cacus describit Virgilius, Cerberū, & sym-
 phalidas. Aprum quoque erimathium, & leonem Nemeū, chimerā, atque hydrā
 multorum capitum poetarum figmenta tradiderunt. Nam quēadmodum venena non dantur nisi
 melle circūlita, sic non nisi obnubilatā, tectāque veritatem conferendam existimarunt, ut feroces homi-
 num, & prope belluinos mores componerent, vite concuium consulerent, optime quoque herentes simi-
 litudini iam pene perditos instaurarent, ut errorum conditiones, temporū atque locorum inclementia,
 faciendum expostulabant. Quod emulandum huius seculi cōmiseranda calamitas rursus efflagi-
 taret, ubi turpi fugata exilio virtute, veritas omnibus odiosa redditur. Ita ut iam prorsus corrupti ho-
 mines (sicut egri oculi lucem quāuis suauissimā) illius censuras ferre pertimescant. Quo sit ut passim
 pro virtute vitium imperet, lentescat discipline neruus, sensim paulatimque obtenebretur rationis splē-
 dor, brutescant homines, & velut consumpta humana effigie, in nescio que perhorrenda mōstra de-
 generent. Tanta siquidē sunt istius tempestatis incōmoda, & alto egressē furie tartaro. Tam etiam
 varie, dissimilesque hominū clades. Talis denique iam per humanum genus inclementia regnat, ut eo
 amplius obruantur, succubantque hominū vires, quo studiosius harum rerum tam infeliciū vim, na-
 turam, atque conditionem perditissimam, explorare explicareque cōtendunt, Quae si priscorum erratis
 probata, fidelique statim appenderis, reuera iustificabitur Sodoma, & soror Samaria his collata iudicio
 nō putabitur obnoxia, quādoquidem malū pessimo comparatum quādam boni rationē pre se ferre
 videatur. Age queso & cum propheta parietem domus domini effode quo has omnes abomina-
 tiones pessimas hac tēpestate consignatas intuearis, omnē scilicet similitudinem reptiliū, & vniuersa
 idola domus israel depicta in pariete in circuitu per totum, septuaginta quoque viros de senioribus thu-
 rificantes, & dicentes in tenebris, & in abscondito cubilis sui, non videt dominus nos, dereliquit do-
 minus terram, porro per hostium quod respicit ad aquilonem mulieres sedentes plāgētes adonidē.
 Denique inter vestibulum & altare viginti quinque viros dorsa habentes contra templum applicantes
 ramū ad nares suas. Quapropter audiui vocē (inquit Iohannes) vnius aquile dicentis ve, ve, ve, habi-
 tantibus in terra, & vidi stellam cecidisse in terram cui data est clavis putei abyssi, ex quo ascendit fu-
 mus sicut fumus fornacis magne, et obscuratus est sol, & aer. Et de fumo exierūt locustae, quibus da-
 ta est potestas sicut habent scorpiones. Et rursus audiui (inquit) vocem dicentem angelo, solue qua-
 tuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Eufrate, ut occidant tertiam partē hominū. Quid
 vero his mysticis atque figuratis diuine prophetie verbis ostenditur, quid inquā preter perditissimos
 hominū mores, pestes, clades, calamitatesque, quibus nostra tam infelix etas ab extremis usque ad primos
 labefactatur? Quid itē tales, tāque perhorrende voces visionesque sibi velint? Nunquid ve triplex super
 habitatores terre supremā errorū signabit infelicitatem triū illorum ordinū (quos status vocant) a sua
 conditione deficientiū, ut iam pro virtute merū viciū, pro religione solus supersit luxus, & pro matu-
 ritate leuitas habeatur in p̄cio? Neque aliud michi videtur significare domus dei paries effosus quam
 admirandam spirituale auctoritatē a priore virtutis excellentia collapsam, spretis celestibus, atque diuinis
 aaa, ii,

sapientie donis, presertim dū iam ea qua celestis regni clauē gaudia populis habebat patefacere per
ueritatis abyssum referet. Ex cuius fumo hoc est exemplo perniciosissimo sol id est sublimitas ponti
ficalis auctoritatis & aer (id est reliqua dignitas spiritalis) obscuratur, vt ne doctrina quidem plane
luceat, aut moribus edificent. Qui neglectis spiritalibus deliciis, solis terrenis herentes nec deum
verentur, nec homines. Quid deniq; quatuor angelos soluere nobis reuelat sanctus ille vir nisi super
bie fastum laxari, alienarū item opum rapiendi libidinem excitari; nimis quoq; astutam hypocrisim
vela ventis plene nunc cōmittere, nullis quoq; iam teneri atq; coerceri legibus perfidam heresim, vt
iam non amplius videatur inter arta presepius Christus vagiens. Iam nulla exornet orbem euang
gelica paupertas, a simulatione nullus vacet mortalium status. Iam deniq; nullus scripture panis in
teger appareat quē prope modum non labefactarit heresis. O miserandum & nunquā satis deplo
randum istorum temporum statum infelicissimum. Quid bone deus tam peruersis artibus exe
crabilis, damnabilis ver? Quis hec sicis recordabitur oculis? Quis interim dabit capiti meo aquā
& oculis meis fontem lachrymarū, & plorabo morum integritatem, misericordiā, innocentiam, san
ctimoniam, religionem, omnesq; pariter in huius infelicissimi orbis feda viciorum colluue tam des
fecisse virtutes, q̄ renata simulque adoleuisse vitia. Quandoquidem paupertatem iam oppressit cu
piditas, castitatem fascinauit voluptas, humilitatem suffocauit vanitas, pietatem crudelitas supera
uit. Iam fraudulenter veritatem vexat heresis, simulatio religionem euanesce compellit, zelum tenet
ambitio, adulatio peccatorum multitudinem operit, otium omnis cupidinis artes excitat, vnde mis
erū i modum sordescit Christianorū honestas, perit principum atq; presulum dignitas, tepescit chris
tiane religionis rigor. Exhorret animus horum tam infeliciū temporum portēta singula prosequi
tāque extremas calamitates recensere, quibus christiana militā hostes fortiores sunt, quib; dei pos
pulus ab allophilis rursus separatur, a perfida gente iterum capitur, & in miserandam seruitutem
adducitur, quibus deniq; prohdolor intestina ciuilia quoq; bella iusto dei iudicio excitantur, a laicis
conculcatur ecclesia, gladium Petri consumit rubigo, Christi sacramenta vilescunt, Malchus rur
sus in Christum, phasur in Hieremiam, vulpina Iherodis fraus i precursorē. Quid p'ura? Audiuit
Iohannes vocem magnam de templo dicentem septem angelis, ite & effundite septem phialas ire
dei in terram. Quid phiale effuse preter bella, pestes, schismata, mortes, fames, ardores, sterilitates,
inter que pullulat apertissima infimorum inobedientia, detestabilis crecit errantium inuerecun
dia, presidentium imperat fastuosa conditio. Nouitas opinionum periculosissima cōnia contur
bat. Iustitie execrabilis conculcatio iura peruertit, perniciofa studiorum atque sapiētum expilatio
de gente in gentem transfert imperia, indignorum frequens promotio sacra prophanat, ecclesie
atque ecclesiasticorum conculcatio dei iram excitat, presidentium negligentia errores atque erro
rum seminaria germinat, nimis frequens atque superflua & inanis dispensatio confundit singula
indulgentiarum quoque facilis concessio peccandi facultatem subministrat. Qued longe deterius,
& omni monstro occurrit execrabilis quod cum tot taliaq; monstra toti orbi imperent, qui talibus
verbo, opereue occurrat nemo sit, vident sacerdotes, & leuite, & pretereunt. Contemplantur hostes,
& derident Sabbata nostra. Inter hec tam varia dormitat, dormitque profunde custos israel (po
testas scilicet ecclesiastica). Crebris vexatur sollicitudinibus, & turbatur circa plurima principum
auctoritas, iam exhausta membra supremo estu vix ferre valet dignitas pontificia. Quapropter vn
de speranda veniat salutis antidotus, nescio, vnde mutuandum suffragium ignoro. Israeliticus
dudum populus vbi in factorem suum deliquerat cum seruiret captiuus hostibus, aut diris vexare
tur plagis, deus optimus maximus viros illi prestitit qui & delinquentem coarguerēt, & diuine
pietatis viscera ad miserandum prouocarent, vt delinquentibus flagellum, & spiritalibus viris vir
tutis concederet incrementum, sic israeli Moysen, Samuelem Sauli, sic Nathan Dauid, & Achab He
lian, Ezechie Esaian captiuus Danielelem. At nunc ita in orbem prouocatus agit q̄ omnē tollit sa
lutis antidotum vt pene nullum pietati locum relinquendum vereamur. Vbi queso qui maiorū iras
temperent, vbi qui disceptantes principes ad pacem reducant, vbi in lubricos zelus phinees, in idola
tras vomer sangar, in incircuncisos mandibula Sanson, clauus Iahel in sacrilegos, Ionathe sagitta in
blasphemos? Dum tantis talibusq; monstris rē ipsam publicā vexari, defatigarique perpēdo ppe modū
inhumanū fore existimo torpere, negligereq; & tam perditē pesti rempublicā depascenti, nō obli

EPISTOLA NVNCVPATORIA:

stere. Quod ne videar talēta credita in sudariū reponere, cōstitui nō quod volo, sed quod possum prestare, quo aut res ipsa leuetur publica, aut leuare cōstituentibus adiumentū sit. Cūq; prestantiū existimē nichil ad p̄scindēda huiusmodi renascētia (imo iā plane renata hydre capita) armis quib; dudū orthodoxi patres incircūcisorū errores contriuerunt, posthabitis omnibus occasionibus que rē ipsam p̄pedire dignoscebātur, p̄roptuaria eorū p̄pero, nec a laborib; ante animū sup̄edo q̄ inuētū sit qd̄ plene animo satisfaciāt, sacro sanctorū scilicet Cōcilioꝝ, orthodoxūq; p̄tificū instituta, que partim dudū beat; Isidorus in vnū cōportauerat, partim tu reuerēdissime pater plūbo obfirmata publicāda dedisti, que mox in vnū referrevolumē nō dissimulaui, cōducibili; rei publice nihil fore existimās, q̄ppe cū tā copiose, tāq; catholice singula que aut ad atterēdos mortaliū errores, aut ad instaurādū iam p̄pe collapsum orbē p̄fēferāt, vt facile nūc quisq; ad manū habeat vnde hereses & hereticos iugulet, elatos deprimat, voluptuosos defatiget, excitet torpētes, exinaniat ambitiosos, vulpes capiat paruulas vineā ecclesiasticā demolietes. Si igitur posthac mōstra a republica arcere, pellereq; quispiam cōtendat, quid p̄stātius lapidib; Dauid, quos hic iordanis copiosissime subministrat; Si item votis esurientiū satisfaccere tentet, quid copiosius, suauiusq; opib; quas hec de remotissimis oris veniēs nauis attulit; Si vero semitam & veritatis splendorem concupiscat, ex quibus optimo iure pellantur errorū tenebre, & p̄cul abeant cum suis auctoribus, quid apertius patrum parentūq; sententiis, quas impellente sancto spiri tu in hunc acervū comportarunt; Hic nempe velut ex prato floribus vniuersis pleno facile concedū tur quecūq; ad rem conferunt ecclesiasticam, quecūq; ad cōprimenda vicia, extinguendosq; concupi scentie ardores conducunt. Hic prestatissima margarita mox (si paululum effoderis) occurret. Hic quoscūq; demon suscitauit hereticos iugulatos, confossos, prostratosq; intueberis. Hic rituum atq; orthodoxe ecclesie sacramētorū ofores plagis impositis semimortuos agnosces. Hic quo sponsi eccle sie iura tuearis, hic sponse libertates, & quecūq; reliqua que ad pacificum conuictum hominum conspirāt facile depromes. Hic velut ad petram paruuli, Nouatus, helche saite, Sabellius, Cherinthus, Ne potianus cum Paulo samofateno eliduntur. Hic scintilla Arriane perfidie ne magnū tandem p̄beret incendium, fotinus item, Eunomius, Hebion, Montanus prisca emoriuntur. Hic velut cōdensissima silua latitant orthodoxi, qui instar vrsorū Pelagium, Apollinarem, Priscillianū, Nestorium & Catha phrygas cum filiis hierico laniāt, lacerant. Hic Eutices, Manicheus, Acephali, Dioscorus, & Theodo rus prosternuntur. Hic Seuerus aquilegiē, gladio phinees iugulatur. Hic monothelite mandibula alini deiiciuntur, hic Sergius, Pirrhus, Macharius velut vulpes paruule tenentur, hic Hussite perfidi, vviscleiste insani, & Bohemi apostate atq; schismatici cum sua tota posteritate, vt singularis ferus perpetuo feriuntur anathemate. Hic regum & imperatorum tyrannis velut chamo & xeno reprimitur. Hic presulum & pontificum luxus coarguitur. Si dissentiant principes, hic sincera pax latitat. Si de primatu disceptent presules, hic magni consilii angelus p̄ficiendum ceteris patefacit. Si pesti lens zizania agrum dominicum labefactare incipiat, mox pater excitatur euangelicus, qui in fascicu los incendio dandam colligere precipiat, quorum vim atq; conditionem si semel degustauerint au ctoritates ille supreme principum scilicet & pontificum, ecclesiasticam mox excitabunt potestātē, que dudum a Basiliē. concilio totiēns cōmonita vires resumere non valuit. Excitata tandē brachium vi brabit, nec prius ab instituto manus reuocabit, donec olim perditam drachmā (veritatem dico vite, doctrine, & iustitie) inuenerit. Cum itaq; ex huiusmodi argumentis tam copiosum, vtileq; rei publi ce antidotum expectetur, vobis reuerendissimis patribus qui verissimam cicatricem Christi tenetis, supremisq; studiis sanctam Hierusalē, sp̄sam Christi electissimā restituere, illustrareq; pulsos omni bus errorum fucis contenditis, hunc nostrum tantillum laborem per vos rei publice offerendum di gnum duxi. Non parum mercedis me affecuturum existimans, modo ex alumno vestro (cuius ani mum vix humeri sufferunt) qualibuscūq; studiis (velut mel de petra, & oleum de saxo durissimo) argumenta proferatis, quibus a Gallorū sedibus pellātur hereses, refloreat veritas, inanescq; & nullius momenti contentiones euanescent. Accipite igitur optimi patres has nostras lucubrationes rei eccle siastice, imo & toti orbī mea sententiā profuturas, vnde docti, pariter & indocti in promptu habeant quo delectentur, quo se item aduersus pestilentes nescio quorum hominum rabies iuuent, protegāt, tueantur, quo item cessent pariter & amputentur singula errorum seminata, cedant bella paci, vniōi schismata, veritati error. Et luceat veritatis lumen in syon, & agnoscat verus zeli caminus in Hiera salem Christus scilicet qui ventis, procellisq; rursus atq; iterum vtinam imperet.